

CONCILIUM LATINUM LODZIENSE XIX

Dilecti Latinitatis cultores,

invitamus vos ex animo ad Concilium Latinum Lodziense XIX quod fiet die **25-o m. Maii A.D. MMXXIV**, qui est dies Saturni. Cuius conventus argumentum erit:

„Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum” - de hominum sedibus variis

Tractabitur de urbibus, oppidis, civitatibus, vicis – de omnis generis sedibus humanis, ab iis quarum ruinae tantum aut vestigia humi servantur, nomina autem vetustissimis iam temporibus obsoleverant iisque quorum nomina sola traduntur neque est tamen lapis super lapidem relictus, ad eas quae post hominum memoriam viguerunt, vigeant vel usque vigent: ubi sitae sint, cuius iussu aut industria conditae, quo iure ac moribus regantur, quibus utantur commodis, quibus autem molestiis malisve premantur. Unde accedit iam antiquitus disputata inter rusticum et urbanum oppositio.

Concilium habebitur in aedibus Facultatis Philologicae Universitatis Lodziensis, situs Lodziae ad viam Pomorska 171/173. Iis tamen qui, ob iter longum aliamve causam gravem, ipsi adesse non possint, aditus interretialis – per programma MS Teams – quoque patebit.

Si quis quoddam ad rem pertinens proferre velit, brevis sermonis titulum mittat ad Annam Maciejewska aut Silviam Krukowska (vide infra) usque ad Kalendas Maias. Quem terminum quaesumus observetis, ut de rerum dispositione ad tempus decerni possit. Item nomina dent ii, qui audire tantum per interrete velint, ut electronice ad concilium invitari possint.

Si quid praeterea scire vultis, interrogandae sunt:

A. Maciejewska (anna.maciejewska@uni.lodz.pl), S. Krukowska (sylwia.krukowska@filologia.uni.lodz.pl)

Zapraszamy Państwa do udziału w dziewiętnastej konferencji z cyklu *Concilia Latina Lodziensia*. Odbędzie się ona w sobotę **25 maja 2024 r.** Temat tegorocznego Concilium to:

Rozprawiać będziemy o wszelkich siedzibach ludzkich, miastach, grodach, osiedlach, wioskach, poczynając od takich, po których zachowały się tylko ruiny czy inne pozostałości, bezimienne już dla starożytnych, lub odwrotnie, znane są same ich nazwy, niemożliwe do przyporządkowania choćby określonej stercie kamieni – do zamieszkanym za ludzkiej pamięci, w czasach historycznych i obecnie. Zainteresują nas rozmaite ich cechy, jak położenie, osoby założycieli, sposoby powstania, obowiązujące w nich prawa i obyczaje, dobre i złe strony prowadzonego tam życia oraz związane z tym tradycyjne już przeciwstawienie wsi i miasta.

Miejszem obrad będzie budynek Wydziału Filologicznego Uniwersytetu Łódzkiego przy ul. Pomorskiej 171/173 w Łodzi. Osoby, które ze względu na odległość lub inne poważne przeszkody nie mogą przybyć osobiście, zapraszamy do udziału zdalnego przez platformę MS Teams.

Tytuły wystąpień (krótkich: ok. 10 minut) prosimy zgłaszać do 1 maja do dr Anny Maciejewskiej lub dr Sylwii Krukowskiej. Prosimy o dotrzymanie terminu, aby można było w porę ułożyć plan obrad. O zgłoszenie udziału prosimy również wszystkich uczestników zdalnych. Obowiązuje język łaciński.

Dodatkowe informacje: